



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Seminator quadruplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

*Seminator quadruplex.*

Luc. 8.

*Lucus*

Isa. 26.

Hier. 31

Osee. 10

2. Co. 10

Mat. 18

2. Co. 10

**P**rimus est Christus . Luc. 8.  
Exiit qui seminat seminare  
semen suum, &c. Seminat quo-  
que duplex semen silecet , Timoris;  
Timor est semen à quo nascitur pa-  
tentia & salus æterna . Isa . A timore  
tuo domine concepimus & peperi-  
mus spiritum salutis . Et amoris, hoc  
proicit in cordibus amicorum . Hie.  
Seminabo domum Israel , & domum  
Iuda semine , &c . Secundus semina-  
tor est uir iustus . Osee . Seminate uo-  
bis in iustitia . In statu enim iustitiae  
sunt opera misericordiae , & maximè  
eleemosina , quia in modica compara-  
tione fructus . Cor . Qui seminat in be-  
nedictionibus de benedictionibus me-  
tet uitam æternam . Tertius semina-  
tor est diabolus , qui cotidie seminat  
scandala inter fratres . Matt. 18 . Vz  
mundo à scandalis , &c . Quartus se-  
minator est peccator , qui seminat  
peccata , & metet mortem . Cor .  
10 . Qui seminat in benedictioni-  
bus , &c . Qui seminat in  
carne de carne me-  
tet corruptio-  
nem .